

in vinculis caritatis. et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. et deditur ad eum ut veleretur. Non reuertetur in terram egypti: et assir ipse rex eius? quoniam niam noluerit conuerti. Cepit gladius in ciuitatibus eius: et consumet electos eius? et comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum. Iugum autem imponetur eis simul: quod non aufertur. Quod dabo te effraim: protegam te israel: Quod dabo te? Sicut adama ponam te: ut seboim. Conuersum est in me cor meum panter conturbata est penitudo mea. Non faciam furorē ire mee. Non conuertar ut disperdam effraim: quoniam deus ego et non homo. In medio tui sanctus et non ingrediar ciuitatē. Post dñm ambulabunt. Quasi leo rugiet: et ipse rugiet: et formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex egypto: et quasi columba de terra assyriorum: et collocabo eos in donibus suis dicit dñs. Circum dedit me effraim in negociatione: et in dolo domus israel. Judas autem testis descendit cum deo: et cum sanctis fidelibus.

CXII

Effraim pascit ventus: et sequitur estum. Nota diem mendacium et vastitatem multiplicat. Et fessus cum assyris inijt: et oleum in egyptum ferebat. Iudicium ergo dñi cum iuda: et visitabo super iacob. Juxta vias eius? et iuxta adiuuentiones eius? reddet ei. In vtero supplantauit fratrem suum: et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum: et confortatus est. Fleuit: et rogauit eum. In bethel inuenit eum: et tibi locutus est nobiscum. Et dñs deus exercituum: dñs memoriale eius. Et tu ad dñm deum tuum conuerteris. Miseri cordiam et iudicium custodi: et spera in deo tuo semper. Chanaan in manu eius statera dolosa: calumniam dilexit. Et dicit effraim. Geruntamen diues effectus sum: inueni idolum mihi. Omnes labo-

res mei non inuenient mihi iniquitatem: quam peccaui. Et ego dñs deus tuus ex terra egypti. Adhuc sedere te faciam in tabernaculis: sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sum super prophetas: et ego visionem multiplicavi: et in manu prophetae assimilatus sum. Si gala ad idolum ergo frustra erant in galgal bobo immolantes. Nam et altaria eorum quasi acervi super sulcos agri. Fugit iacob in regionem syrie: et seruuit israel in uxorem: et in uxorem seruauit. In propheta autem eduxit dñs israel de egypto: et in propheta seruatus est. Ad iracundiam me puocauit effraim in amaritudine suis: et sanguis eius super eum veniet: et opprobrium eius restituet ei dñs deus suus. // XIII.

In quante effraim: horrore inuasit israel: et deliquit in baal: et mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum. Factura artificum totus est. His ipsi dicunt. Immolate homines vitulos adorantes. Idcirco erit quasi nubes matutina: sicut ros matutinus preteriens. Sicut puluis turbine raptus ex area: et sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus ex terra egypti: et deus absque me nescies: et saluator non est preter me. Ego cognoui te in deserto: in terra solitudinis. Juxta pascua sua adimpleri sunt: et saturati sunt. Et eleuauerunt cor suum: et obliui sunt mei. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assyriorum. Occurram eis quasi vrsus raptus caulis: et dirumpam interiora iecoris eorum. Et consumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua israel: in modo in me auxilium tuum. Ubi est regitutus? Vanime nunc saluet te in omnibus verbibus tuis. Et iudices tui de quibus dixisti: da mihi regem et principes. Dabo tibi regem in furore meo: et auferam in indignatione mea. Colligata est iniqui-